
LECTORI.

In edendis his dialogis id primum agere studui, vt consilium Platonis in ipsis scribendis declararem; ex hoc enim pendet potissimum recta huius philosophi scriptorum interpretatio. Deinde vt textum Henr. Steph. auctoritate Cod. Biblioth. D. Marci, quae est Venetiis, quem litteris C. V. notauit, pluribus locis emendarem, operam nauaui. Est hic Codex Membran. in fol. mai. et recensetur CLXXXV. in catalago Mssitt. Graecc. bibliothecae modo memoratae. Viri docti iudicent ex hoc, quod hic exhibeo, specimine, cuius utilitatis sit ad emendandum Platonis textum. Contuli enim